

ANNO DOMINI DCXVII.

# SANCTUS DEUSDEDIT,

ROMANUS PONTIFEX.

## NOTITIA HISTORICA IN DEUSDEDIT PAPAM.

(Ex libro Pontificali Ed. Blanch., tom. IV.)

• Deusdedit, natione Romanus, <sup>b</sup> ex patre Stephano subdiacono, <sup>c</sup> sedit annos tres dies viginti quatuor. Hic clerum multum dilexit, sacerdotes et clerum ad loca pristina revocavit. Eodem tempore <sup>d</sup> veniens • Eleutherius patricius et cubicularius Ravennam, occidit omnes qui in nece Joannis exarchi,

• **Deusdedit.** — 1. Cum post ebitum Bonifacii IV sedes apostolica mensibus quinque et duodecim diebus vacasset, Deusdedit egregius virtutibus et sanctitate conspicuus creatus est pontifex. De hoc publice constatur in Ecclesia 8 die Novembris eum tanti meriti existitissime quod cum visitaret aegrotos, leprosum unum osculo sanaverit et a lepra mundum reddiderit. Brixius.

— 2. Chronologia Fabro : *Sanctus Deusdedit, anno Christi 614, Heraclii imp. 5. BLANCA.*

— 3. Quanquam vulgati Anastasi. Codd. nullam sedis variationem exhibent, quod et facit Catal. Lucensis, prius tamen Freherianus habet menses vi, d. v. Thuanus alter, menses vi, d. xxv. Quocum Membranaceo-Ambrosianus consentit regiusque Mazarinus, et Thuanus prius ac secundus Ambrosianus habent menses vii, d. xxv. Farsensis denum catalogus interpontificium indicat dierum xiii tam post Bonif. IV, quam post duos successores Deusdedit et Bonifacium, ubique perperam gravique cum chronologiae detrimento. Nullum projecto ex allatis interpontificis verum esse evidenter constat; undecunque enim dies enumerari incipiunt, vel ab emortuali, vel a depositionis die, in Dominicam nunquam offenditur, nisi tempus ineat a die depositionis in Vaticano 25 Maii, quod quidem saepe factum inventur post Honorium, minori tamen cum discrimine a die obitus; praeterquam quod certa dies mortis et sedis sancti Deusdedit removeri non possunt; ac proinde aut novum cudi interpontificium, aut divinari oportet. Ad sedis tempus quod attinet, tam Codd. quam catalogi eam delinquent annorum trium, dierumque 23 aut 24. Alii autem sunt Catalogi, ut quintus Ant. Pagii, noster Blanchinian. antea i editus, et secundus Mabillonii, qui habent ann. vi, d. xx. Quorum opinioni suffragantur Martin. Polonus, auctor Fascic. Temp., et Godfridus Viterbiensis, qui perperam eum fecit: equali imperii Phoce. Horum auctoritatem inherens ab emortuali die, seu depositionis, 8 Novembris 618, retro habeo annos tres, dies xx, diemque invenio 19 Octobris anni 615, littera F, prænotatam, quæ eo anno cum Dominica concurrit; quare video diem ipsam ordinatio nascitur, quam etiam Pagius ejusmodi esse cognovit: rursusque ab hac ordinatio die ad Bonifacii IV emortualem ascendens 7 Maii, numero menses quinque, dies xii, non xii, ut habet Pagius, ipsi enim obitualis includitur. Sic Farsensis Catalogus habens D dies xii minus peccat quam cæteri Catalogi et Codices, in quibus proprio arbitratu excogitatum interpontificium invenitur. Mirari hic satis non possum Garnerii supinitatem, qui suis in eruditis ad Diuorum pontificum notis, primordia Bonif. cii V successoris sancti Deusdedit, constituit anno 617,

A et judicii reipublicæ fuerant misti. <sup>e</sup> Hic venit Romanus et suscepit est a sanctissimo Deusdedit papa optime. Qui egressus <sup>f</sup> de Roma, venit Neapolim, quæ tenebatur a Joanne <sup>h</sup> Compsino <sup>i</sup> Intarta. Qui Eleutherius patricius pugnando ingressus est Neapolim, et interfecit tyrannum, reversusque est Ravennam.

ac proinde decreto electionis pontificis adjungit Indict. 5, quæ eidem anno post Septembrem conuenit, ac Novembri mense sanctum Deusdedit esse mortuum fateretur cum Anastasio. At totus in conjectura ut Diurni collectionis actatem definit, non legit apud eundem Anastarium certissimam notam actatis pontificis; nam ait terra motum ingentem se utum esse (ante obitum pontificis) Augusto mense indict. 6, quod etiam Joan. Diac. affirmat in Chro-

nico, nempe anno 618, quem suit consecutus scabiorum morbus, seu lues elephantica. Quare sancti Deusdedit obitus necessario est illigandus huic anno, sicut Bonifacii successoris ipso eodemque anno exente anterior non est dicenda electio; neque eamdem ad sequentem annum differendam, cum Pago, Eleutherius cedes, aliaque argumenta ostendunt, quæ in notis ad eundem Bonifacium adducantur. Quæ cum ita sint, sanctus Deusdedit igitur post menses v, dies xiii, vacationis ordinatus, die 19 Octob. 615, post annos. iii ac dier. xx sedem, 7. die Novembris inoritur, ac die posteris sepelitur, ut recile Anastasius et Martyrologium Rom. a Baron. emendatum habent, nempe ipsa depositionis die, 8 Novembris. CENSUS.

— 4. Presbyter cardinalis sanctorum Joannis et Pauli, tit. Pamphachii, a sancto Gregorio papa factus, Pontificatum omnium suffragiis aseptus, sedit, imperato Flavio Heraclio Augusto, annos tres dies xix, consecratus die dominica xi Kal. Novembris, anno Domini 615. Deusdedit erat vocabulum compositum ex nomine et verbo, illis temporibus usitatum. Nam M. Aurelius Cassiodorus scribit ad Deusdedit, scribam Ravennatem, et sanctus Augustinus ad Quodvultdeum. Ciacopus.

• **Ex Patre Stephano subdiacono.** In exemplari Anastasi, quo Baronius usus est legebatur: *Deusdedit, filius Stephani, ex subdiacono sedis annos tres.* Atque verba ita scribit: *Ut autem subdiaconus Romanus pontifex crearetur, nunc primum accidit, ubique majorum exemplo, ut plane in clero magnas fluctuationes concitatas esse sit argumento. Sed ut, omissis aliis, Deusdedit eligeretur, egregia id ejus sanctitas prestita qua mirifice inter tot tenebras illustratus emicuit.* Cum hucusque viris doctis persuasum fuerit subdiaconos in Romanos pontifices nunquam fuisse electos ex editione regia Anastasi variisque ejus Codicibus mss., predictus locus in hunc modum restitutus est: *Deusdedit ex patre Stephano subdiacono, ita ut Deusdedit non fuerit subdiaconus, sed subdiaconi filius.* Verum, cum ex Liberati diaconi breviarii cap. 22, constet Silverium ex subdiacono Romanum pontificem dictum esse, et Liberatus eodem tempore quo Silverius electus vixerit, incertum remanet quemam ex illis duabus lectionibus sit preferenda, cum correctio prioris falso fundamento nitatur. Subdiaconos porro

nam, <sup>1</sup> et data roga militibus pax facta est in tota Italia. <sup>2</sup> Hic constituit secundam missam in clero.

potuisse eligi existimò, usque ad tempora Stephani III, alius IV, in cuius synodo Romana, anno 769 celebrata, sub anathemate interdictum est, ne ullus unquam presumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens diaconi aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacram pontificatus honorem posse promoveri; ex his enim verbis mihi erui posse videtur tunc tantum subdiaconos a pontificatu exclusos, cum ex Liberato laudato habeamus Silverium ex eo ordine ad pontificatum assumptum, nemine hanc ei incapacitatem objiciente, et ex Anastasio incertum remaneat, an ipse etiam Deusdedit fuerit ante suam electionem solum subdiaconus, quod probabilius videtur, nam posterior lectio habet quidem eum fuisse subdiaconi filium, sed non negat ipsum etiam fuisse subdiaconum, quod prior diserte habet. PACTUS.

<sup>1</sup> Sedit annos tres, dies xxv. — 1. Annis tribus minus quinque diebus. Octava enim die Novembribus hujus anniversaria memoria in Ecclesia recolitur, adeo qui facta computatione ab ingressu pontificatus, predicto tempore sedisse reperitur. BIV. et LABB.

<sup>2</sup> Col. Farnes. : sedit annos iii, dies xx. Cod. Vallic. : dies xxii. BLANCH.

<sup>a</sup> Veniens, etc. Cod. Farnes. : venit E. P. et C. Rabenna, et occidit omnes qui in nece Joannis exarci et judicibus reipublicae fuerant misti. Cod. Vallic. : Et judicium reipublicae misti fuerunt. Et veniens Romam, suscepimus est a sanctissimo papa optime.

<sup>b</sup> Eleutherius patricius. Anastasius iterum Pauli verba describens, gesta iterum perturbat. Emendanus igitur ex eodem, scribente, c. 31 : Hac aetate Joannes Consinus intras Neopolim, quem de eadem civitate non multos post dies Elcutherius patricius evanescens imperii iura suscepit. Consinus, sive, ut appellat Anastasius, Compilinus, una cum Neapolitana urbe exeras circumpositas invadit, seque regem dixit. Battilus, in Hist. Barensi, contendit Joannem, hunc Consinum coronam ferrea in urbe Barensi, aurea deinde apud Neapolitanos redimitum fuisse, ut sese Italica populus regem probaret. Sed illum rededit in ordinem Eleutherius, de quo Paulus subjungit : Post haec idem Eleutherius patricius eunuchus imperii iura suscepit. Qui dum a Ravenna Romam pergeret, in castro Lincolnis a militibus intersectus est, caputque ejus CPti imperatori delatum est. Hanc vero pericochen inseruit Anastasius inter gesta Bonifacii V. BENCIUS.

<sup>c</sup> Hic venit Romam: Cod. Farnes. : Hic benit Roma.

<sup>d</sup> De Roma. Cod. Vallic. : a Roma. BLANCH.

<sup>e</sup> Compilino Intarta. Cod. Vallic. : Campatio Arca. BLANCH.

<sup>f</sup> Intarta. Intarta, inquit Esychius, tyrannus, rebellis adversus regem. Quod est ab èrtaip, contendo, rixor. Et Testus : Antarium bellum, quod ante urbem geritur, a civibus nempe rebellantibus. In actis parier Martino virginis legitur : O Alexander, et intarta Christianorum. Et in chronicis Fontallenensis, cap. 5 : Actus est bellum inter Carolum exarchum, et Regenficium Intartam. Inde ortum verbum intartare, quod in hisce gestis non semel postea occurrit. BENCIUS.

<sup>g</sup> Et data roga militibus, pax facta est in tota Italia. — 1. Roga est ergatio quæ a principe donationis vice flebat militibus. Anatas., in Severino : Quando et roga vestra, quas dominus imperator vobis per rices mandavit, ubi sunt a sancto viro reconditæ, G. egor., lib. ii, epist. 32 : Theodosiani vero qui hic remanserant, rogum non accipientes, vix ad murorum custodiæm se accommodant. Ubi dixi. Roga etiam est ergatio quæ a Rom. pontificibus flebat clero, vel plebi. Anatas., inf., cod. : Hic dimisit pro obsequiis suis et ad omnem clern rogam unam integrum. Idem, in Bonit. V : Hic clerum amarit, rogam integrum clero suo dedit. Hic dimisit omni clero pro obsequiis suis rogam unam integrum. Idem, in Joanne IV. Hic dimisit in omni clero roauum integrum. Idem, in Eugenio:

Rogam clero solidam tribuit. Idem in Leone IH. Hic vero rogam clero suo in presbyterio maxime ampliarit. ALTASERRA.

<sup>h</sup> — 2. Roga. Est donatio, sic dicta ab erogando. BIV. et LABB.

<sup>i</sup> Hic constituit secundam missam in clero. — 1. Unica missa publica, id est, solemnis, diebus Dominicis celebrari soletbat, can. Et hoc, de Consecr., dist. 4. De quo Dionys. Areopag. epist. ad Demophil. Joan., Mosch., Limonar., cap. 27. Alteram missam celebrari institutum Leo P., ne nimis arctaretur populus, unus mihi se move servato, can. necesse, de Consecr., dist. 4; et post eum Deusdedit P. secundam missam in clero, id est, in Ecclesia Romana instituit, teste Anastasio hic, quia forte consuetudo unius missæ publicæ nondum desirat in Ecclesia Romana, que semper antiquitatis tenacior fuit. ALTASERRA.

<sup>k</sup> B — 2. Ex iis qui de rebus liturgicis tractatus institerunt, nullus est qui hunc locum Anastasii non vexet, ubi de missæ iteratione in eadē ecclesia sermo incidat. Cardinalis B na, nunquam sine laude nominandus, in aureo fractatu rerum liturgicarum, lib. i, cap. 14, n. 4, postquam ex Leone Magno, in epistola ad Dioscorum Alexandrinum, jubeante iterari sacrificium, cum fidelium multitudo tanta est, ut omnes simul basilica recipere non possit, probare coatus fuerat viguisse ab eo usque tempore consuetudinem Romanæ plures eodem die sacrificium offerent, sibi apponit prefatum textum, inquit: De summo pontifice Deusdedit, auctor Pontificalis, sic scribit: <sup>l</sup> Hic constituit secundam missam in clero, ad quæ verba Petrus Urbevelanus in scholiis ait: Quia tum forsitan ad instar Græcorum non cantabatur in ecclesia nisi una missa, quod magis edificabat secundum antiques. <sup>m</sup> Et statim subdit: At ex allato Leonis testimonio patet morem iterandi sacrificium multo ante in Romanam Ecclesiam inductum fuisse. <sup>n</sup> Bona tamen venia eminentiss. scriptoris quanto quis tueri velit interpretationem Urbevelani, videlicet ad tempora usque b a'i Deusdedit obtinuisse ritum celebrationis unius tantum missæ in singulis ecclesiis, auctoritatem ex dicta epistola Leonis facile elevabit, explicando Leonem iussisse iterari sacrificium in casu tantum novæ plebis basilicam implentis, in iis locis in quibus una tantum basilica extaret, et ab eodem presbytero; constitutum autem fuisse tunc primum a beato Deusdedit, ut in clero post solemnum missam altera priuata ab altero ex clero haberetur, sive nova plebs in basilica conveniret, sive non, sive una esset, sive plures basilice. Tunc certe primum in Ecclesia Latina inductus ritus esse videtur ut plures missæ in eadem ecclesia celebrarentur, p'uraque altaria pro iis celebrandis construerentur. Unum quippe altare in unaquaque basilica primis Ecclesiæ saeculis fuisse extra controversiam est, unamque duntaxat missam super eodem celebratam fuisse, quod uirumque Ecclesia Græca retinet. Illi missæ quoquaque intererant, sacra synaxi reficiabantur, præsertim qui solemni missæ ministrabant, unde concilium Toletanum iv, anno Christi 635, statuit, c. 17, ut sacerdotes et Levites ante altare communicent, in choro cleris, extra chorum populus. Sed quoquot aderant presbyteri simul cum presbytero celebrante, vel episcopo, rem sacram operabantur simul offerentes, et simul communicantes. <sup>o</sup> Mos est Romanæ Ecclesie, ut in confectione immolationis Christi adsint presbyteri, et simul cum pontifice verbis et manus confiant, ut refert Mabillonius, parte ii, Musici Italiici, pag. 4, ex Amalario, l. i, c. 42.

Ceterum unam missam celebrare, eamque die tantum Dominico, et diebus festiis, ad quam monachi omnes convenirent, antiquos monachos consueverisse historie nos docent. <sup>p</sup> Certe in diebus quadragesimæ, exceptis Dominicis, non cantabatur missa

1. Eodem tempore factus est <sup>m</sup> terræmotus magnus A secutus est clades in populo, percussio scabierum, mense Augusto, indictione undecima. <sup>n</sup> Post huc ut nullus potuisse mortuum suum cognoscere. • Qui

tempore sancti Benedicti, » ait Hindelmarus in regula cap. 48, ut habetur apud Mabillonum in prefat. 4 in seculum quartum ordinis sancti Benedicti, n. 168. « Carthusianos olim diebus tantum dominicis, et festis missas celebrazze referunt Petrus Cluniacensis, lib. u Mirac., c. 28, Guibertus al bas, l. i de Vita sua, c. 11, et Petrus Blesensis, epist. 86. » Ita cardinalis Bona, lib. i Rerum liturg., c. 18, n. 3, qui, n. 8 addit: Narrat Paillardus in Vita beati Arsisii in Ecclesia montis Nitrix octo fuisse presbyteros, inter quos qui primus erat, solus offerebat, et quando ipse vivebat, rei qui nec offerebant, nec judicabant, nec sermonem habebant. » Ea de causa beatus Franciscus, teste Alvaro Pelagio, l. ii de Planctu Ecclesiæ, art. 5, « voluit quod in quounque loco fratres contenti essent una missa, præsciens fratres se velle justificare per missas, et ad questum eas reducere, sicut videamus hodie fieri. » Scribebat Pelagi ad annum 1350, centum circiter annis ab obitu beati Francisci, animus, digitumque intendens procul dubio ad epistolam a beato Francisco scriptam ad suos fratres, in qua habetur: Moneo præterea, et exhortor in Domino, ut in locis in quibus morantur fratres, una tantum missa celebretur in die, secundum formam sanctæ Romanae Ecclesiæ; si vero in loco plures fuerint sacerdotes, sit per amorem charitatis alter contentus audita celebratione sacerdotis alterius. Scio hac auctoritate abuti sectarios modernos pro aboleenda missa privata, quam impense oderunt, sed probanda mihi non videtur eorum responsio, qui epistolam beati Francisci pro apocrypha habent; obstat enim allegatum testimonium Pelagii endem epistola utentis, cui fides non est neganda, et antiquo testi, et ejusdem ordinis. Dicendum itaque est veterem disciplinam de una tantum missa celebranda ita fuisse a beato Deusdedit emollitam, ut post solemnum altera tantum missa caneretur in clero, non sic laxatum, ut misse multiplicarentur ad numerum presbyterorum, uti fieri fortasse incipiebat tempore beati Francisci, et uti deinde factum est: cuius rei una quidem causa fuit, et inquit laudatus cardinalis Bona, l. i Rerum liturg., c. 18, n. 9, « quod fundatis ordinibus Mendicantium, et longe lateque propagatis, multiplicata sunt onera missarum, atque ideo necesse fuit singulos sacerdotes, ut iis satisficerent, singulis diebus privatim celebrare. » Iude etiam orlam esse facile intelligimus multitudinem illam altarium, qua reserta sunt ecclesiae mendicantium, et quam non est cernere in aliis basilicis sive monasteriorum, sive clericorum. BALDINUS.

— 3. Ejus in clerum amorem et beneficentiam libri Pontificalis auctor commendat, qui et scribit: hic constitutus secundam missam in clero. Ad que verba Petrus Urbevetanus, in scholiis, apud cardinalem Bonam, lib. i, cap. 14, n. 4, de Rebus liturgicis, ait: quia tunc forsitan ad instar Græcorum non cantabatur in Ecclesia nisi una missa, quod magis edificabat secundum antiquos. Verum multo ante Deusdedit in Romanam Ecclesiam introductum fuisse morem iterandi sacrificii, constat ex Leone magno in epistola 81, ad Dioscorum Alexandrinum, qua mandat iterari sacrificium, cum fidelium multitudo tanta est, ut omnes simul basilica recipere non possit; ex hoc enim sequeretur quod una pars populi sua devotione privaretur, si unius tantum missæ mos servandus esset. Tum ait plenum pietatis ac rationis esse ut quoties basilicam presentia novæ plebis impleverit, toti sacerdicium subsequens offeratur. Quam sacrificii iterationem sanctus pontifex præcepit, ex more qui tunc Romæ vigebat, ut in omnibus, inquit, observantia nostra concordet. Et infra: ut quod nostræ consuetudini ex forme paternæ traditionis insedit, tuu quoque cura non negligat. De his plura habet ideum cardinalis

Bona laudatus. Quid vero per hæc verba intelligat Anastasius, alia examinandum relinquo. PACIUS.

— 4. Haec satis competum est, quid per hæc verba auctor libri pontificalis significat. Nonnulli siquidem credunt, ab eo permisum uno eodemque die missæ sacrificium repetere in locis ubi ecclesiae præangustia populum non capiebant. Verum id constituerat sanctus Leo Magnus, ut diximus in ejus pontificalatu. SOMMIER.

<sup>B</sup> 1. Eodem tempore. Anastasii verba cum iis sunt illustranda, quæ Paulus, cap. 42, ubi de Lothari Longobardorum rege scribit: Cum Ravennatisbus et Romanis bellum gessit, ad fluvium Amisiæ, quod Scultenna dicitur; in quo bello a parte Romanorum reliquis terga danib; octo millia ceciderunt. Eo tempore magnus Romæ terræmotus factus est, magna fuit inundatio aquarum. Posthac iuit clades scabierum, ita ut nullus potuisse mortuum suum agnoscere, propter nimium inflationis tumorem. Sed imperitus consarcinator gestorum pontificalium tempora simul et acta commisceret. Pontificaliter Deusdedit, imperabat Adaloaldus Longobardus. Quamobrem si aquarum inundatio, et clades scabierum regnante Lothari contigerunt, Anastasiana illa narratio fortasse ad gesta Joannis IV, aut Theodori pont. erit transferenda, cum Rotharis ante ann. 636 Longobardicum regnum minime capessiverit. Rotharis autem parta hac victoria, et dominationis amplitudine, divitiisque auctus, Longobardorum regnum in Italia firmavit, atque adeo aium suum edendis legibus Longobardicus primus applicvit, et litterarum monumentis consignavit. Unde Paulus, ibid., c. 44: Hic Rothari rex Longobardorum leges, quas sola memoria et usu retinebant, scriptorum serie composit, codicemque ipsum edictum appellarunt præcepit. Erat autem jam ex quo Longobardi in Italiam venerant annus septuagesimus septimus, sicut idem rex in sui edicti testatus est prologo. Exstat ipsis initio Legum Longobardicarum. BANCIVUS.

<sup>C</sup> <sup>m</sup> Terræmotus magnus... indict. undecima. Cod. Vallicel. : Terræmotus major... indictione 6. Post hoc Cod. Farnes. : ind. 6. BLANCH.

<sup>n</sup> Post hæc secutus est clades in populo. — 1. Anno 613, Augusto mense terra ingenti moto contremuit, terræmotum vero fodiissima luce est consecuta. Haec erat scabies elephantis nomine appellata, quæ affectionum ora ita deformabat, ut vivi a mortuis haud distinguerentur, nec dignosci possent. Quo tempore pontificalia sanctitas insignem se hominibus declaravit. Nam cum pontifex obvio elephantiaco homini osculum obtulisset, exemplo pristinæ illum sanitati restituit. CIACORIUS.

<sup>D</sup> 2. Post hæc seculata est clades. Elephantiasis morbum, qui a Græcis σαρκοπάγης nominatur, quod faciem eo laborantis s. mitem reddit satyrorum faci, ante Cn. Pompei tempora in Italia non fuisse, Plinius est auctor, libro xvi nat. Hist. At sedente sancto pontifice Deusdedit ita scvum in modum elephantiasis in urbe grassata est, ut nullus posset, quemadmodum inquit noster, mortuum solum cognoscere. In tanta vero hominum clade pontificalia caritas opem ferens lue conflictatis, divinitus fuit nobilitata. Elephantiacum enim sibi obvium sanctus Deusdedit deosculans, exemplo, divina per eam operante virtute, pristinæ sanitati restituit. Quod insigne factum a pervetustis Ecclesiæ monumentis laudatum, sexto Idus Novembres e. us natali die in Martyrologio Romano anniversaria commemoratione hisce verbis recolitur: Romæ sancti Deusdedit papæ, qui tanu meriti fuit, ut leprosum osculo a lepra sanaverit. MAEUS.

<sup>e</sup> Qui defunctus. Anastasius de hoc sancto pontifice scribit: Qui defunctus et sepultus est ad ultimum Petrum apostolum, die octava mensis Noverbris, quod

defunctus, et sepultus est ad beatum Petrum apostolum, die octava mensis Novembris. Hic dimisit per obsequia sua, et ad omnem clerum rogat unam integrum. Hic fecit ordinationes tres, presbyteros

et Marianus Scotus in Chronico habet. Parte alia A cum Gotfridus Viterbiensis, Martinus Polonus in Chronico, auctor Fasciculi temporum, et plures Catalogi pontificum Rom. habeant Deudsedit sedis annos tres et dies viginti, consequens est ordinacionem ejus a nobis recte alligata cum die 19 Octobris

novem, diaconos quinque, episcopos per diversa loca numero viginti novem. Et cessavit episcopatus mensem unum, dies sexdecim.

A anni 615, eunque obiisse die octava Novembris anni sexcentesimi decimi octavi. Ejus nomen in Martyrologio Galesinii et in antiquioribus non legitur quidecum, sed Baronius, ob praeclaras ejus virtutes, illud Martyrologio Romano a se auctoritate apostolica emendato ad diem 8 Novembris inscripsit. PACIUS.

## DEUSDEDIT<sup>a</sup> PAPÆ

### EPISTOLA AD GORDIANUM HISPALENSEM EPISCOPUM.

*Qui proprios filios de sacro fonte suscipiunt ab uxoribus separantur; et prohibetur ne quis commatrem suam in uxorem accipiat.*

(Mansi Collect. Concil. t. X.)

*D*eudsedit, sanctæ Romanae et apostolicæ Ecclesiæ episcopus, Gordiano, Hispalensis Ecclesiæ coepiscopo et fratri dilectissimo.

Pervenit ad nos diaconus vester, vestræ sanctitatis epistolam ferens, quod quidam viri etiam et mulieres, preterito Sabbato paschali die, præ magno populo rum incursu, nescientes, proprios suos filios suscepissent ex lavacro sancto. Cupis ergo scire si pro tali accidente ratione debeant viri et mulieres ad suum proprium redire usum, an non. Nos vero maestri hac in re inquisivimus<sup>b</sup> priorum patrum nostrorum dicta. Invenimus autem in archivis hujus apostolice sedis jam talia contigisse in ecclesiis Isauriae, Ephesiorum, simulque Hierosolymæ, et etiam aliarum civitatum. Episcopis etiam earum civitatum ab hac apostolica sede volentibus scire utrum viri et mulieres redirent ad proprium torum, beatae memorie sanctissimi Patres, Julius, Innocentius, et Coelestinus, cum episcoporum plurimorum et sacer-

<sup>a</sup> Unicam Deudsedit papæ epistolam ex Labbeo acceperimus, nec plures in mss. Codicibus nactus sum; sed ex iisdem mss. Codicibus animadversione dignum censeo inscriptionem aliquando diversam referre: quo enim loco in Editis dirigitur *Gordiano Hispalensi episcopo*, in ms. Codice Pistoriensi annorum saeculi octi. gentorum, in quo Isidori Mercatoris ex lat. collectio, prefert: *Gordiano Hispaniarum Ecclesiæ coepiscopo*. Hæc vere lectio alicuius est momenti, cum ex vulgata inscriptione argumentum deduxerit Labbeus contra epistola hujus sinceritatem; animadvertisit enim Hispalensi Ecclesiæ per hæc tempora non Gorrianum, sed Isidorum præfuisse. Ex hac ergo correctione nostra argumentum istud revertitur; quanquam alia sunt quæ suspicatos hanc ipsam epistolam efficiunt, ut v. g., eadem ipsa scriptio ab ætatis ejus moribus plane aliena: nullus enim præce-

B dotum consensu [conventu], in ecclesia beati apostolorum principis prohibentes talia perscripserunt, et confirmaverunt, ut nullo modo jam se in conjugium recipieren mulieres aut viri quicunque aliqua ratione suscepserunt natos proprios; sed separarent se, ne, suadente diabolo, tale vitium peccati inolescat [innescat] per mundum, et universorum error accrescat. Scitis quia quomodo sunt septem dona Spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi, a primo pabulo sacrati salis et ingressu sanctæ ecclesiæ usque ad confirmationem [consummationem] Spiritus sancti per chrisma. Ab hoc ergo primo Spiritus sancti dono usque ad septimum nullus Christianus suam commatrem in conjugium suscipe debet; et qui presumperit, anathematis vinculo religeretur in perpetuum, nisi penitentiam egerit digne. Mulieres vero, cum separate fuerint pro hac illicita re, a propriis viris totam præcipimus recipere dolem, quam in die nuptiali receperunt; et post expletum annum recipiant alium virum, similiter et vir uxorem<sup>c</sup>.

C dentium sive proxime subsequentium pontificum hoc titulo se ornat: *Deudsedit sanctæ Romanae et apostolicæ* (deest ap. stolicae in mss. Cod.) *Ecclesiæ episcopus*. Post sanctum Gregorium, vix alium titulum sibi præscribabant pontifices Romani, quam: *Servus servorum Dei*, ut ex litteris Bonifacii V discimus. Adde disciplinam in hac epistola traditam de conubii dissolutione, si forte accidisset, ut vir inscius imprudens filium ex uxore susceptum e sacro fonte levasset, absonam esse, ac plane contrarium delinisse Nicolai I papam, in fragmento illius epistole ad Salomonium, forte Salomonem, quod ex ms. Cod. suo loco proferam.

<sup>b</sup> Ed. Rom., ex hoc maestri inquisivimus.

<sup>c</sup> Conjugia dissolvi lex humana concessit, divina prohibuit; per se enim Veritas dicit: *Quod Deus coniunxit, etc.* (S. Greg., epist. 39 l. ix, cap. 2.)

## APPENDIX.

*Decretum de electione Romani pontificis Deudsedit papæ nomine promulgatum inseruit in sua collectione Udalricus Bambergensis, cuius Codicem vulgariter Eccardus in cor. Historior. medii ævi, t. II, col. 188. An genuinum illud sit, nec ne, alii disputent; mihi salis est illud ita exhibere, quale illic legitur. Prætereundum tamen non arbitror hoc ipsum*

*D*ecretum iisdem verbis ab aliis Stephano IV, ab aliis VI, ab aliis impostori cuiquam tribui.

*Deudsedit Romanus pontifex decreto suo instituit, dicens:*

*Quia sancta Romana Ecclesia, cui, Deo auctore, præsideremus, plurimas patitur violentias, pontifice*